

Johann Sithmann Wolfgang Lochmann


De Principiis Iuris : Disputatio Secunda Ad Tit. 2. Lib. Insit

[Stettin]: Rhetius, 1648


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75680017X>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





11.

DE PRINCIPIIS JURIS

DISPUTATIO SECUNDA

Ad Tit. 2. Lib. 1. Instit.

Quam

Auspiciis Sacro-Sanctæ & individuae Trinitatis

In Regio Gymnasio Stetinenfi

SUB PRÆSIDIO

Viri Consultissimi & Clarissimi

Dn. JOHANNIS Sichmann J. U. D.
Stetinenfis, Juris ibidem Profeforis ordinarii,
Præceptoris digniffimi

Studiofæ Legum Juventutis difquifitioni
committit

WOLFGANGUS Kochmann Stet. Pom.
ANNO dō bē XLIIIX. 13. Calend. Maji.

In auditorio juridico, horis antemeridianis.

TYPIS RHETIANIS.



VIRIS

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AM-
plissimis, Consultissimis, & Excellen-
tissimis

DN. FRIDERICO
Bohlen/

S. ræ M. tis Sveciæ per Pomeraniam Consiliario
eminentissimo, Hæreditario in
Pritzlow.

DN. HENRICO Braunschweig/
Patriæ Consuli spectatissimo.

DN. CHRISTIANO Langen/
Comiti Palatino Cæsareo, Patriæ Senatori & Ju-
dici, ut & Dicasteriorum Advocato
celeberrimo.



*H*oc disquisitionis munus, nec
si aliis mittere vellem, pos-
sem: ita animus meus dudum
vobis destinavit, destinatio-
ne factâ constanter perrexit,
donec hæc eum manus secuta;
Nec si possem, vellem. Est enim de jure. Ju-
stius ergò ad eos, qui in publica quodam, ut sic
dicam, navi ad gubernacula, & ad ipsum cla-
vum, quàm qui inter remiges aut navales so-
cios sedent, ibit. Habentur hic exempla Impe-
rantium: Quibus convenientius dabuntur,
quàm Magnis inter Magnos, & qui sui similes
in iis agnoscunt? Passim enim hic memorantur
Imperatores, Consules, Prætores Romani, qui
Scriptionem hanc illustrent & insigniunt, ut
Cælum stellæ. Vos estis etiam, quorum benefi-
cia non à quinquennio aut decennio, sed à mea
pueritia jam in me summa: Fontem quippe be-
nignitatis Vestre quovis tempore ultrò resera-
stis, & reverà fontem: Ita largiter & perenni-
ter in me fluxit, Id autem ne ultra sim quid fa-
ciam?

*ciam? Ut Ulyses ille apud Alcinoium nihil ha-
bet, quod pro ingentibus beneficiis rependat, præ-
ter vota & grates: Ita ego, quem cætera desti-
tuunt, gratias, non quidem, quæ vestrorum be-
nificiorum respondeant magnitudini, sed quæ
meo convenient genio (cum rebus factisq; non
est in mea manu) verbis dico, rogans, ut hæc,
qualiacunq; fuerint, benignâ fronte assumentes,
cum mei, tum hujus Dissertationis Tutores, imò
Patres esse velint. Deus interim vos salvos ser-
vet, sic salvi, quos salvos esse optatis. Ut enim
corpus sanum non datur, nisi mens vigeat. Sic
non clientes, nisi Mecænates. Dab. 4. Id. Apri-
lis An. clb lbc XLIIIX.*

*Vestra Magnificent.
Amplitud. &
Excellent.*

Deditissimus

*WOLFGANGUS Kochman
Sedin. Pom.*

DE PRINCIPIIS JURIS

Disputatio Secunda

Ad Tit. 2. Lib. I. Instit.

RESPONDENTE

WOLFGANGO LOCHMANNO

Stetin. Pom.

Ad Princ.



Principia juris, angustis primæ Disputatio-
nis pagellis angustiora jam ad textus cynosuram hic quoq;
sibi locum vendicant, de quibus hæc esto Disquisitio.

1. Tradit Tribonianus secundam juris divisionem in
Naturale, Gentium, & Civile. Ex his tribus fontibus ac principiis non
solum jus privatum, sed & publicum profeminatum est, quod in 1. *Di-*
spat. §. ult. vidimus. Forfan ideò non recte *jus publicum & privatum* di-
viditur in *Naturale, Gentium & Civile*, siquidem ex horum constat
principiis, ex quibus jus est vel *mutabile*, vel *immutabile* §. *ult. h. tit.* Quod
non sine ratione ita videtur Hotom. ad *Tit. de j. & j. Enunc. s. sol. 9.*
Cæterum jus privatum dispescitur in *scriptum & non scriptum. §. 3. h. tit.*

2. Definit Tribonianus & Ulpianus in *l. 1. §. 3. ff. de j. & j.* Jus na-
turale, *quod natura omnia animalia docuit*. Certè si hîc Cri pro *jure* non
sentiant analogiam quandam, *ductum, vim, incitationem & impetum*
naturalem, crederem omnes ICTos obbrutescere, quotqvot jus in bruta
proprie cadere aserunt. Longe seciùs loqvitur Tribonianus in *§. pen.*
inst. h. tit. Ipse Ulpian. in *l. 6. & l. 9. h. tit. l. 1. ff. de a. qvirend. rer. do-*
min. §. Singulorum inst. de R. D. l. 10. ff. de oblig. & act. & l. si unus 23.
§. pactus in fin. ff. de pact. cum simil. & CC. inc. jus naturale dist. 1. c. jus
gentium dist. 1. qui solis hominibus juris competentiam consecrant.

3. Habeant autem bruta actiones & impetus naturales, imò natu-
ram & naturalem quandam peritiam, quâ vel coeunt, vel foetus suos
propense alunt, & nonnunquam præter solium sui ordinis & generis
admirandum quid exhibent, quorum apud Hotoman. de Eqvò quodam
exemplum memorat Varro *lib. de re Rustica*. Plura Aristot. & Plutarch.
in *lib. περὶ τῶν ζῴων φρονιμοτετα*. Plinius *lib. 33. c. 12. Analogia*
tamen hæc juri omnia. Certè jus invenire non licet, nisi ubi Ratio est.

B

Ra.

Ratio autem non est nisi in homine. Ergò in eo solo jus collocandum est, de quò attestatur Paul. 2. ad Rom. 2. Cic. lib. 2. de nat. Deor. l. 1. §. 1. ff. si quadrup. panper. fec. cum simil.

4. Proinde quæ bruta faciunt naturali instinctu, nonnunquam ad rationis quoddam simulacrum, eadem si & homines faciant jure, ac rationis veritate, *jure naturali* fieri dicendum est, verum ab hominibus *proprie*, à brutis *analogice*, in hisce quippe sola est natura, & quæ dici possunt suo modo *juris naturalis*, non verò fieri *jure naturali*, quò pacto juris naturalis definitio exaudienda, & transeundum est cum Govean. *variar. l. e. 19.* Anton. Fabr. *in rational. ad lib. 1. instit. de j. & j. Cujac. ad lib. 1. ff. eod. in comment. posthum. Donell. 1. Comment. 6.*

5. Homines autem & gentes intelligo non barbaras & ferinas, sed rectà ratione utentes: non etenim omne, quod apud gentes aliquas, vel unam, vel quascunq; observatur, juris gentium est. Protinus ergo eximitur irrationabilis commixtio uxorum, *Æthiopicis, Sarmaticis, Bragmanibus, Hircanis & Libyis* cognita. Solin. c. 39. & 43. & 44. Diodor. Sicul. lib. 6. Herodot. l. 4. Liberorum secundum faciei similitudinem inter patres partitio, & incesta cum fororibus germanis conjunctio, quos & similes corruptos mores *Persarum & Scytharum* memorat Epiphanius 2. lib. contra Hares. Tom. & sect. 26. Stob. Serm. 24. quia juris gentium consortio planè relegandi.

6. His præmissis cum Cujac. 15. observ. 33. & Vult. ad princ. h. tit. rectè dixerim, jus esse vel *naturale*, vel *civile*. Illud, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, esse vel simplex seu *rationis*, hoc est, jus *naturale*, seu gentium *primævum* vel *ratiocinationis*, seu jus gentium *secundarium*, quod in specie *juris gentium* appellatur, & à jure primævo non *realiter*, sed *ratione* differt. Impugnant acriter hanc distinctionem Giphani. in *Comm. de Divis. jur. thes. 7.* Coras. lib. 6. *miscell. c. ult.* & Covarruv. *ad c. peccatum §. 11. n. 3.* Propugnat eam Dn. Anton. Math. *in notat. ad instit. hic.* Divertit à sua opinione in *disp. 1. de Stud. jur. rect. instit. thes. 46.* Variant ferè omnes. Sed hos committo legibus de jure naturali & gentium *promiscue* loquentibus: Sufficit rem ipsam extare, licet non ipsa divisionis verba reperiantur. Vid. l. 1. 2. 6. & 9. h. tit. §. pen. *instit. eod. §. singulorum instit. de R. D. l. 1. ff. de pact. l. mores, l. forores ff. de ritu nupt. l. 19. ff. de capt. & postlim. revers. l. 16 ff. de fide jussor. & l. 1. ff. de novat. vid. thes. 7.*

7. De jure gentium *primævo* seu naturali accipio l. 2. ff. de j. & j. Religionem erga Deum, ut parentibus & patriæ pareamus l. 3. eod. item coitionem & liberorum educationem, & talia similia, quatenus ab hominibus cum honestâ & rectâ ratione fiunt, secundum thes. 4. & c. Nemo c. dicat aliquis. caus. 32. q. 4. c. audite. dist. 34. De jure etiam naturali tenentur matres infantulos suos lacte propriô, non nutricum, meretricum scapè, nisi infirmitate vel impotentiâ ipsæ matres prohibeantur, alere & educare, de quo graviter Favorinus Philosophus edisserit apud Gell. lib. 12. c. 1. p. (mihi) 260. quo lectorem hujus rei remitto, & ad Plutarch. de educ. liber. Nold. de stat. nobil. c. 16. n. 4. Æque eodem juris naturalis nexu parentes liberis suis, nisi sint improbi, vel aliàs seipfos commode sustentare possint, & vice versâ liberos, si in ea facultate sint, infirmis & egenis parentibus alimenta subministrare, obligatos esse, docent. l. 5. & tot. tit. ff. de agnoscend. & alend. liber. l. 1. 2. 3. 4. de alend. liber. & parent.

8. De jure gentium *secundariô* loquitur l. 4. & 5. eod. Servitutes munitiones, bella, contractus *ex ratiocinatione*, & ulteriori inter gentes habito mentis discursu, qui proprie jus gentium *secundarium* producit, nati sunt. Viderint, quomodo hæc juris gentium ac naturalis distinctione spectat, leges utriusq; jurisidentitatem docentes interpretentur. Govean. lib. lect. 10. Faber 2. semest. fol. 22. Giphani. d. Comm. de Divis. jur. thes. 7.

9. Sed quò referenda naturalis seu *necessaria defensio*, & ea, quæ fit cum *moderamine inculpatae tutelæ*? Illam jurinaturæ seu gentiû *primævo*; Hanc *secundario* adscribimus, & juri civili, non quatenus ab hoc est introductum, sed demum comprobatum l. ut vim 3. ff. de j. & j. l. 1. c. unde vi. quam d. l. 1. interpretatur Coras. de art. jur. part. 1. c. 8. Connan. 1. Comm. 6. n. 8. eò quod lex sit *Diocletiani & Maximiliani*, hiq; imperatores de inculpata tutela in ea agant *necessariô* inculpata tutelam juris civilis esse, quod minime congruit cum juris & Ictorum Chronologia. Paul. Ictus in l. 4. 1. ff. ad l. Aquil. æquè de inculpata defensione dilucide scripsit. Fuit autem Paulus Consiliarius *Alexandri Severi* 30. Imp. Ethnic. qui imperiô potitus circa A.C. 222. Diocletianus verò & Maximilianus 60. & 61. Imp. exstiterunt circa A.C. 284. Ergo ante horum Imp. tempora inculpata tutela recepta fuit.

B 2

Ad

Ad §. 1. & 2.

10. *Jus civile* est i. vel *Commune Gemein Keyser Recht* in *insti. ff. C. & Novell. Iustiniani. Caroli V. constit. Recesf. imperii* comprehensum, quod *jus καὶ ἐξοχὴν* intelligimus civile, quando nomen civitatis non addimus. 2. *Statutarium*, quod est vel *Provinciale*, vel *Municipale*. Illud dicimus *Gemein Landt Recht / Landsordnungen /* quæ jura provincialia à Regibus, Electoribus, Ducibus, Principibus, comitibus, &c, adhibitis in suffragium Ordinibus, pro salute incolarum publica, ordinationibus forensibus, aliisque multifariis Recesibus & constitutionibus provincialibus, *Landtages Abschieden /* constituuntur, quæ præter jura *Territorialia & jus Arch. vi* leges fundamentales incolarum non immeritò indigitantur, quò referenda etiam *civitatum imperialium liberarum* statuta & sanctiones, quod contra Knichen; *de sublimi & Reg. territor ju- rec. 1. n. 116.* cum sequentibus imus asertum: quamvis enim hæ civitates non habeant jura Principum *personalia*, quin tamen *realia* habeant, planè indubium est.

11. *Municipale* jus quælibet civitas, præsertim municipalis, pro civium suorum utilitate introducit, *Eigen oder Stadt Recht /* quod est vel *ascititium*, vel *proprium*. Illud, quod civitates assumunt, v. c. *jus Saxonicum* extra Saxoniam, vel *jus Lubecense* extra Lubecam quod in civitatibus Hanseaticis, & plerisque civitatibus Pomeranicis, & apud Stetinenses *jus Saxonicum Weichbildt /* in multis casibus receptum est. Romæ olim LXII, Tab. statuta erant *ascititia* à Græcis civitatibus mutuata.

12. Utrobiq; autem hæc statuta non sunt *jurisdictionis alienæ*, sed *spontaneæ receptionis locorum*, à quibus sunt recepta. Unde appellationes *Rosochiensium*, & *Stralsundensium* ad Senatum Lubecensem non inducunt fundatam ordinariam jurisdictionem, vel jus superioritatis Senatus Lubecensis, sed actum spontaneæ duntaxat conventionis, quæ Magistratui territoriali nihil infert præjudicii, quod innuunt concordata inter Illustriss. Principes p. m. & Civitatem Stralsundensem inita.

13. *Proprium* est ab ipsis civitatibus pro communi civium salute excogitatum, non aliunde petitum, quò jure ne minima quidem civitas municipalis indiget, neq; indigere potest. Hodiè *immediatæ* hoc habent commune cum *mediatis* seu *municipalibus* civitatibus ita olim dictis, quod, uti illæ peculiaribus legibus & Statutis vivere possint,

fiat, Hæ suò modò non impediuntur, quod secus fuit in coloniis & metropolitibus, quæ tantum secundum leges Romanas vivere necessum habebant. Onuph. Panuin. & Sigon. de *antiq. jure Ital.* Liv. lib. 7. de cad. 3. A. Gell. lib. 16. c. 13.

14. Constat igitur civitates municipales sive mediatas statuta face-re posse sine adhibito superioris Magistratus consensu, nisi fiant in ejus præjudicium. Jaf. & Dd. ad h. §. & l. omnes populi ff. de j. & j. l. ult. de colleg. & corpor. Idemne hoc de collegiis approbatis Lanonum, Sartorum, Sutorum & similium dicendum? Ajo. Rectè tamen à Magistratu petunt statutorum herum, ad collegii negotiationem spectantium, confirmationem, quod ipse usus edocet, quicquid Bart. Bald. & Jason. ad l. omnes populi 9 ff. de j. & j. interpretationibus variant.

15. Senatui tamen, vel Collegio, statutum promulgaturo rigoro-se opus est civium & collegiarum consensu, aut si non omnium, majoris tamen eorum partis. fac. l. 2. C. de Decur. l. 19. de municip. Ad universos enim pertinet quod à majori parte conclusum est; & vice versâ, univer-sis nocere non debet, quod non ab universis vel majori parte est appro-batum. Dd. in l. quod major ff. ad Municip. & l. aliud est. 160. de R. l. Sta-tuta non eadem sunt ac loci consuetudines. Illæ expressò; Hæ tacitò ex-primuntur consensu. c. jus civile dist. 1. l. 12. de j. & j. Ita consuetudines & statuta in loco simul esse solent, non ut confundantur, sed separata maneant. Duaren. ad tit. de j. & j. c. 12. in fin. ubi. 3. §. Divm ff. de se-pulch. violat. explicat.

16. Delibata hæc jura civilia differunt à jure gentium. Illa genera-lia sunt & imperii, vel peculiaria civium. Hæc omnium gentium, re-ctè ratione utentium, territoria pervolant. § 2. instit. h. tit. Ex hoc omnes pene contractus oriuntur d. §. 2. & l. 5. ff. eod. Quinam ergò excipiuntur? Gordium hunc nodum ut ense secemus placeat *listerarum obligationes & stipulationes*, juri civili primitus consecremus. Nec obstat l. an mutui ff. de acceptilat. Num vero c. emptia in matrimonium tribus assensu confecta vel largitas sponsalitia juri civili penitus offerenda. § est & aliud inst. de donat? Contra Hotoman. & multos alios negantes, ex juris chronologici veritate ibimus assertum. *Actiones naturæ obliga-tionum*, ex quibus nascuntur, meritò committimus.

Ad §. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Jus privatum est vel scriptum vel non scriptum præsuppositis natura-

lis, gentium & civilis principiis. Ergone jus scriptum, vel non scriptum, scripturâ determinandum? *Minime*. Liquidò discedimus à Welenbec. ad tit. de legib. n. 5. Niell. disp. feudal. thes. i. lit. a. Coth. ad Tit. C. de ll. n. 16. Hanon. disp. 2. *Controvers. ii. legis sive juris scripti formam substantialem scripturam comminiscuntibus.*

18. Videamus v. c. *Legem primam* juris scripti speciem. Romulum leges plerasq; sine scripto tulisse refert Halicarnasf. l. 2. Plebiscitum raro scriptum refert Plutarch, consuetudines feudales, sive sint scriptæ, sive non scriptæ, jus non scriptum permanent. *Quid ergò jus scriptum? Quod publice est sancitum. Quid non scriptum? Quod non publice est sancitum, sed tacitò utentium consensu approbatum, licet in scriptura sit redactum. Sic satis.*

19. *Lex* est sanctio, vel ut ait Hotoman. jus, quod populus Romanus Senatorio Magistratu, velut Consule rogante constituebat. In Statu populari *Ordinariorum* Consulum hoc erat munus, non *Extraordinariorum*. Illi creabantur *Calendis januariis*. Plutarch. in *Mario*. Svet. in *Cæs.* Aur. Casiod. *Chron.* Coraf. ad §. *exactus* 4. ff. de O. l. Fastis & annualibus tabant numerum, & leges rogabant: *Hi* creabantur *Calendis Martij & Majj*, Chronologis planè ignoti. Nulli actui nomen dedere. Raro namq; per integrum annum sub Cæsaribus hos Consules administrasse notat Coraf. ad d. §. *exactus* 4. Non vero Consules ordinarii tantum, sed & alii Magistratus majores, *Dictatores, Prætores, Interreges*, quiq; erant de *collegio Senatus*, leges rogabant, non qui erant *ordinis tantum Senatorii*; licet Magistratus majores gessissent, non tamen à Censoribus in numerum Senatorum cooptati essent, poterant namq; Scitum facere tantum per *discessionem*, ideoq; multominus legem. Dionysio Halicarnasf. l. 2. Aul. Gell. lib. 3. c. 18. Singulare sane erat, *Censores*, ut ut majores essent Magistratus, ipsosq; Consules & Dictatores de sede deponere possent, minus tamen habuisse jus comitiarum, & leges rogandæ, quod arcanum fuit Reipub. Plin. lib. 35. c. 17.

20. Modum ferendæ leges describit Livius *decad. 5. l. 5.* Plenius Manut. in lib. de antiquit. Roman. per tot. *Ex* quibus hæc sunt in *star compendii*: Magistratus, legem laturus, eam domi in tabulâ quadam scriptam in senatum deferrebat, ut *ex Scito, vel patribus autoribus*, Comitibus, centuriatis vel curiatis ferretur: Promulgabatur per trinundinum in *campo Martio*, vel *pro Rostriis*, pro Comitiorum habendorum ratio-

tionē: Nullō Tribunō intercedente, urna vel sitella deferebatur, in qua sive Tribuum, sive Centuriarum nomina conjiciebantur. Cujus Tribus vel Centuriæ nomen per sortem primum exierat, in iubenda lege erat prior. Dicebat autem Magistratus legem laturus: *Vti velitis, jubetis* QVIRITES. Post eligebatur ex hisce à Magistratu hoc unus, cui in sui pontis, seu mensæ angustæ, pontis similitudinem habentis parte duæ tabulæ à *Divisoribus* ministrabantur, una litera A, *h. e. antiquo*; altera V. R. *h. e. uti rogas*, inscripta, quarum *alterutram*, quam vellet, in alia quadam cista in extremitate pontis deponebat, quem reliquæ Tribus vel Centuriæ pro numero suffragiorum punctis notato, ordine insequiebantur.

21. Constitit hinc pro majoritate suffragiorum lex, num esset *antiquata*, vel *sciscitata*. Si sciscitata, omnium civium Romanorum juramento confirmabatur: Dein *enec* plerumq; *tabulæ quadratæ* incisa aut publicè apponebatur, aut ad *ararium*, sive *Saturni Opive templum* in vicō jugario ad capitolii radices situatum referebatur. Quomodo temporibus primorum Christianorum Imperatorum leges latæ sint, diximus alibi. Hodie quomodo solennissime in comitiis imperialibus fiant, exhibent Wehner. & Paurmeist. *c. 5. n. 16.* quò angustæ pagellæ lectorem remittunt.

22. *Plebiscitum* est jus, quod plebs plebejo Magistratu (*Tribuno*) interrogante constituerebat, in comitiis, *Tributis* inter *curiam* & *forum*, ubi *Rostræ* erant affixa. Rarò coibant in circu *Flamineo*, *lucæ Petelino* & *Capitolio*, Manut. *lib. 6. antiq.* qui locus etiam curiatis Comitiis in Legumlatione dabatur, ubi non opus erat *Trinundino*, & *ut patres auctores fierent*, sufficiebat namq; regulariter quæ plebiscita, ut plebe à Tribuno per singulas curias, quarum erant 38. *Ascon. & Cui. in Verr.* convocata, Tribunus rogaret, plebs scisceret. *Gell. lib. 15. c. 27.* Prima post Reges exactos Romæ fuerunt jura, quibus tamen, uti & aliis primorum Cosq; legibus ante allatas LXXII. Tab. rei Romanæ non satis fuit prospectum.

23. Plebs, si *originem* ejus intuearis, universa est multitudo præter patritios Romulejanos, qui genus à Romuli Senatoribus, seu centum patribus duxerunt. *Liv. lib. 1. Si ordinem*: Alii *Senatores* erant, alii *Equites*, alii *Plebej*. Non ergo plebs à populo, ut *species à genere*, sed ut *pars à toto* rectius differt. *Plebiscita* ergo solam plebem primitus tantum

tum constrinxerint, quod factum cum plebs, Duce *Sicinio* secederet in *montem sacrum* trans Anienem amnem, tria ab urbe millia passuum distantem. Liv. *decad. 1. lib. 2.* A. U. CCLX, ubi Tribunicium Magistratum plebs adepta est, qui se contra vim optimatum defenderet,

24. Deinde plebiscitum, *Lege Hortensia* lata non minus valere, quam leges coeperunt *l. 2. §. deinde ff. de O. l.* Cœpit hæc plebiscitorum autoritas in secunda secessione plebis *M. Horatio Barbatô*, & *L. Valerio Potitô Cosf. in montem Aventinum* ob Appii Decemviri injustitiam A. CCCVI. facta. Liv. *decad. 1. l. 3.* quævis populus universus teneretur. Verum enim cum hæc ab optimatibus supprimerentur, quinquennio post lege ab *Hortensio* Dictatore lata, confirmata sunt Gell. *lib. 15. c. 17.* Effectum ergo, ut, quibus plebiscitis in Tributis comitiis olim sola plebs regeretur, iisdem æque ac si lex à majoribus Magistratibus, Comitibus *Centuriatis, Curiatis, & Tributis* lata esset, universus constringeretur populus. Gruch. *de Comit. lib. 2.* Capito apud Gell. *lib. 10. c. 20.*

25. *Senatusconsulta* unà cum legibus Romulejanis, omnium jurium civilium sunt prima. Pompon. *in lib. 2. §. 9. ff. de O. l.* & Tribon. hic in §. 2. tradunt propter populi multitudinem auctam SCta originem cœpisse, & Senatum vice populi esse consultum. *Absurdum.* Anne *Romulus* statim circa finem secundi & initium tertii sui regiminis anni senatum ex centum patribus legit? Liv. *Halicarnasf. Tatius* Rex alios centum? *Tarquinus Priscus* alios adhuc centum patres, *minorum gentium dictos*, creavit? *Iunius Brutus* Consul ad explendum trecentorum horum numerum centum & sexaginta ex equestribus legit? Fest. *lib. 11. Tarquinus*, cum *Servium Tullum* Regem in Senatu accusaret, SCta emanasse refert Dionys. *Halicarnasf. lib. 4.* Leges in *Centuriatis & Curiatis* comitiis tempore priorum Cosf. ex SCto, Patribus tamen semper autoribus latas esse testatur Cic. *Philip. 2.* Liv. *decad. 1. lib. 8.* Quid ergo ad SCtorum originem populi multitudo, quæ, antequam populus augeretur, diutissime extitit. Non immerito ergo utrumq; Pompon. & Tribon. ridet Hotoman. Ulterius probans, non ob civium copiam, sed ob Cæsarum astutiam & calliditatem, qui in Senatus augenda potentia suæ inserviebant populi potestatem ad Senatum esse translata in *libell. de Senator. c. 2.* Sensim enim deinceps populo primum, deinde Senatui ademptam potestatem suam fecere. Tacit. *lib. 1.*

26. *Addere lubent.* Senatores legebantur tempore Cenforum ex
censu

26. *Addere lubeat.* Senatores legebantur tempore Censorum ex aensu 800000. Coronatorū, quia ab Augusto ad 300. auctus est, qui hunc supplevit non habentibus. Sveton. in *Aug.* Ut autē constaret SCtum, sufficiens Senatorū numerus adesse necesse fuit, ut, quia temporibus *Iulij, Augusti & Antonini* constaret Senatus 900. 800. vel 600. Senatoribus, suffecit si 400. adfuisent. Dio *lib. 34. in fin.* Si pauciores, Senatori vel Tribuno impedituro SCtum Consuli dicere licuit, NUMERA SENATUM, quō ipsō SCtum impeditum est. Sext. Pompej. *lib. 12. A.* Gell. *lib. 14. C. c. in Orat. pro Sext.*

27. Habebantur SCTa in *curia Hostilia, Pompeja & Iulia,* & in *Palatii atrio Calendis, Nonis & Idibus,* neq; plus quā *his* in mense, exceptō *Octobri & Septembri,* quibus non necessum fuit adesse, nisi sorte ductos. Manut. *c. 5. Februarii* usq; ad *Calendas Martias* legatis exteris dabatur. Si quos horum in urbe recipere renuebat Senatus, conveniebat ad *Portam Capenam,* hodiē *D. Sebastiani* dictam, vel in templo *Bellonæ* extra urbem sito, apud quod commorabantur etiam Magistratus, Triumphum petaturi, antequam intrarent urbem. Appian. *lib. 1. Cic. ad Attic. De quo alibi egimus fufius.*

28. Sed & , quod *Principi placuit, legis habet vigorem.* Variis factionibus *Syllæ, Casari & Pompeji* data anfa est, ut ad unum fasces pervenerint. Sed unde unius illud imperium? Ex *L. Regia,* ait Pompon. in *l. 2. §. 11. ff. de O. 1.* Tribon. *hic §. 7.* quā populi potestas in Principem seu Imperatorem delata est. Varias hujus *L. R.* originationes vid. apud Covarruv. *Pract. Quest.* Wefenbec. *ad Tit. de l. n. g. & c.* Lanf. in *Dicurs. de L. Regia, thes. 4. Vult. h. loc.* Cujac. *ad tit. de l. n. g. & c. & in notis,* & alios. Quid ergō tandem? Romulō regnum ineunte, lege latā *Populus* omnem ei in se potestatem concessit, non tamen hæc fuit tyrannica, irrationabilis & absoluta secundum *Halicarnas. lib. 1. (mih) fol. 87.* qui testatur, eum ipsum Romulum plebi tria summa concessisse, *Magistratus creare, leges condere, & de bello, si Rex permisisset, decernere.* Hæc lex, seu potestas Romuli, cum per *D.* annos sopita fuisset, ab *Aug. sto & Tiberio* excitata est. Fragmenta habentur in *lib. Epigrammat. Romanor.*

29. Continuata est à primis Imperatoribus *Ethnicis ad Orientales.* Sed ab *hu* ne etiam ad *Carolū Magnum?* Vid. *Cusp. in vita Caroli.* Clut. in *Sylloge rer. quotidian.* Dicerem pro illa minuta parte, quam tum temporis Imperatores Orientis in occidente tenebant, jurā Orientalium Imperatorum ad *Carolū* delata. Verū liberam à Romanis *Germaniam,*

C

niam,

niam, aliasq; gentes Carolus sibi ante acqviserat. Lex igitur Regia antiqua ad Carolum, ejusve stirpem, & insequentes Imperatores Germanos minimè devenit. Romani, quæ olim *jure belli* acqviserant, *jure belli* diutissime amiserant. Carolus per C. annos cum stirpe sua Germaniam rexit potestate propria, & jure simul hereditario. Tandem emergente *Successione Imperii electivâ*, *Capitulationes* sensim cœpisse, etiam à primis *Conrad I.* temporibus, verisimile est, *Henricum IV.* ne deponeretur, difficillimas Capitulationes & condiciones admisisse novimus. Subsequentibus seculis Capitulationes Imperatoribus & Imperio sunt aptatæ, ut Capitulationes hodiè ferè dicantur *Lex Regia Germanorum.*

30. Num verò ex harum tenore adstruenda *Imperatori* an *Ordinibus* Majestatis competentia? *Fluctuo.* Constrictam deprehendimus potestatem, eamq; magis *administrationis*, quàm *status*, qui præminere videtur Monarchicus. Absoluta, effrenata unius imperandi potestas non facit Majestatem vel Monarchiam, sed *Tyrannum.* Monstretur unquam in universo orbe Christiano Majestas, quæ legibus *naturæ*, *gentium*, & *fundamentalibus* soluta? *Electio*, *depositio* & *suffragium*, vel simile quid ex pacto convento Majestatem non tollit, sed probat & conservat. v. c. *Leo III.* Papa coronam Carolo M. imponens eò non erat major. Uti nec Cardinales Papæ, licet eum eligant. Qui ergo hoc seculus esset inter *Imperatorem* & *Ordines*? Quicquid hi in actibus imperii agunt, ex officio agunt, & *conventionis* publicæ placito, non *Imperio.* Sed in hisce jam subsisto, & ad exemplum *Juriconsultorum Celsi & Ulpiani* rem tantam deliberabo.

31. Sed quænam *juris prætorii* vel *honorarii* origo? Erroneus Pompon. in l. 2 §. 27. ff. de O. I. Vide rectius sentientes Liv. lib. 6 in fin. Halicarnas. lib. 2. Cùm Aulò Manliò à Saxo Tarpejo dejectò non esset in urbe, qui plebem contra Optimatum vim tueretur, creatus est unus *Prætor*, & duo *Ætiles Curules.* Prætor primus fuit *Sp. Furius Camillus*, cœpitq; hoc Jus A. V. CCCLXXXIII. Prætor 1. vel ipse jus dicebat, aut de jure partium prius cognoscebat. 2. vel judices & judicium dabat, qui mandatam haberent jurisdictionem, quæ enim voluntariæ jurisdictionis, non quæ specialiter ex lege data essent, mandari poterant. l. 1. ff. de Offic. ejus. Vel 3. edicta proponebat. Si vero quæstio juris ardua esset, & ubi nò de facto quærebat, Prætor nò dabat judices, sed in diebus

conventionum habebat conventus in iudicio centumvirali, cujus ipse Prætor erat præses. Sillam. lib. 2. c. 11. de iudic. Centumv.

32. Edictis jus civile vel *adjuvabat, supplebat, vel emendabat, l. 7. §. 1. ff. de j. & j.* Vide Cujac. 18. obs. 38. Erant ab initio annua. Pr. Instit. de perpet. & temp. act. Deinde cœperunt post annum observari & conjungi cum jure civili. Alciat. 2. Paradox. 1. Hotom. 6 Obs. 6. §. sed cum paulatim. Inst. de Testam. Postea ex L. Cornelia ad vitam Prætoris producta. Ultimò post Servium Sulpicium & Aulum Ofilium ex omnibus Edictis utilibus *Salvius Iulianus*, Hadriani Imp. jussu, *Edictum perpetuum*, centum voluminibus constans, composuit & edidit, ad cujus methodum postea ff. sunt compilatæ l. 2. ff. de Stat. homin. Illudq; Jcti veteres infinitis commentariis, ad emendandas XII. Tab. leges valdè concisas, illustrarunt, quod ex inscriptionibus ff. & passim in contextu videre licet. Quodnam jus sit *Ædilitium*, habetur in tot. tit. de *Ædit. edict. l. 12. ff. de peric. & comm. rei vendit. l. 3. de vi publ. l. 13. Si quis mensuras. ff. de Locat.*

33. *Responsa Prudentum* sexta & ultima juris scripti species sunt. Ante Imp. tempora nemo Jctorum veterum de jure respondit, vel ea interpretatus est, in vim *juris vel legis*. Primus hoc effecit *Augustus* Imperator, ut *Responsa* vim juris & legum haberent, eorum, quibus specialiter concessisset l. 2. §. 27. de O. I. Ab hoc tempore & *Subsignationes* Responsorum cœpisse creditur. Maxima ab Augusto ad Justinianum usq; ad DL. annos Responsorum floruit autoritas, donec ipse Justinianus per compilatores ex omnibus antiquorum Jctorum scriptis & responsis unum Pandectarum volumen componeret, omniaq; sua faceret. *Probabilem* igitur, non *necessariam* juris rationem hodiè inducunt *Responsa* in illum effectum, ut, qui duo responsa pro se adducit, probabilem litigandi causam habere dicatur, ut, si cadat causâ, absolvatur ab expensis.

34. Respondendi de jure jus competit hodiè Doctoribus in Academiis rite promotis. *Anne & idem creati à Comitibus Palatinis? Assevero*, quicquid velint *Colerus de Process. Executiv.* & *Ruland. de Commis.* Si quidem Candidatus à Dd. promotus ad minimum tribus benè examinatus, sufficienter eruditus, bonis moribus præditus, talis omnibus probetur, cui Doctoralis dignitas in Academiis Publicis deneganda non videretur.

Ad § 9. 10. 11. & 12.


35. *Jus scriptum* sequitur non *scriptum* § 9. 10. Hæc jura non distinguit

guit Scriptura quæ formam *substantialem*, sed tantum *accidentalem*, quod vidimus in §. 17. & seqq. *Consuetudo* ergo est *jus non scriptum*, non, quod non scribatur, sed quod publicè non sanciat, sed crebrò utentium consensu comprobetur. *Consuetudo* ergo, quatenus jus est, debet continere *justitiam*, ac constare 1. *ex populi consensu*. 2. *actuum frequentia*, præsertim judicialium, & qui in contradictorio judicio obtenti, si qui haberi possint, quò respicit Ulp. *in tit. 3. ff. de legibus*. Sin minus, extrajudiciales sufficiunt, numerò judicis arbitrio commissò. Callistrat. *in l. 38. ff. eod.* A. Faber *ad l. 34 ff. de legibus* 3. *Diuturnitate* temporis. Præscribenda autem consuetudo pro natura rei præscriptibilis vel *annò, bienniò, trienniò, quadrienniò, quinquenniò, decenniò, 20. 30. 40. vel 100. annis*, sive immemoriali tempore. De quibus agam *ad tit. de usu cap.* 4. *Rationabili principio*. Hòc destituta consuetudo, barda, bruta, injuria, vis & tyrannis est, *c. erat autem lex dist. 4. l. de cernimus. C. de Episc. & Cleric.*


36. Jus naturale seu *gentium primævum* immutabile est in thesi, attamen in hypothesi, seu quæ partem, mutationem nonnunquam recipit, pro causæ & objectorum varietate. Jus verò gentium *secundarium* & civile ut nonnunquam mutetur, publicè sæpe interest, *l. un. C. de caduc. toll. Novell. 49. in pr. Novell. in c. 8. de Consang & Affin. Reces. Imp. de Anno 1555. §. Wiewol nun anf vortgen Reichstagen / 1c. ibi. So hat doch / 2c.*


37. Quid si dicamus, *Objecta* juris esse *Personas & res, actiones* verò *media*, per quæ jus personis ac rebus debitum acquiritur? Ad *jus Personarum* non rectè refert Vultej. *Obligationes*, & alii, traditionem hanc hæresin Vultejanam proclamantes. *Sed vanus hic livor*. Non Vultejus, sed Petrus Lorient. Gallus in Academia Lipsiensi Professor hoc paradoxon primus proposuit & defendit, quod monstrat J. Reifsenberg, *in met. Instit.* Nos autem de veritate hujus ad *tit. de Oblig.* videbimus.














VVLGO DICATO die Klapper-Jagd. 433

§. XI. Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferiora minor, aut media, venatio data est, a nostro uenando se abstinere debet in locis, ubi ferae maioribus. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maioribus venatione, tali, vice versa, uti nequit in locis inferiora ferarum, aut mediae, subsistunt. Ratio assequius in promptu est, qui alterius ferarum per eiusmodi venationem disturbantur, et in aliena loca extra banerium transfugiunt (b). Non debet autem alteri per

eorum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-tem id quoque non facile permittitur, ut, praedio, cui venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in locum unius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea loca substituatur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maij. 4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio exantur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet uerba, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
H. Schwarzbürgischer Ober-Jörster hiermit auf Begehren,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm.